



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll L2 (recto)

[This Roll was previously named M7.]

[Wednesday] 26 Apr 1620.

Dulwich

in Comitatu Surrei } **Ad Visum Fraunci Plegii Cum Curia Baronis**, Edwardi Allen

Anno 1620 ---- } Armigeri, *ibidem* tenta Die Mercurij vicesimo sexto Die Aprilis Anno Regni Domini nostri Jacobi dei gratia

M.7

Anglie Franncie et Hibernie Regis fidei defensoris, &c, Decimo octavo et Scotie Quinquagesimo tercio, Coram Johanne Harryes Armigero Scenescallo *ibidem* . /

Essonia

Thomas Hamon senior, Essoniavit per Mathiam Allen, Ricardus Pare Essoniavit per Robertum Bodger, Johannes Pagett Essoniavit per Robertum Starkeye, Willelmus Perrye Essoniavit per Willelmum Mathew, Johannes Tapneye, Essoniavit per Robertum Starkeye, Favor Fox Essoniavit per Mathiam Allen, Thomas West et Johannes Bennett Essoniaverunt per Willelmum Mathew. /

Constabularius } Ricardus Stawton } Comparuit et Juratus presentat cum Juramento . /

Decennarii } non Comparuit }
Robertus Hewitt } Bodger.
et }
Johannes Bodger } ^ Comparuit et Juratus presentat cum Juramento . /

Gustator Cerviciæ } Radulphus Canterbury } Comparuit et Juratus presentat cum Juramento . /

Capitales Plegii & Homagium } Ricardus Talboyes generosus }
Nicholaus Foster -- } Jurati }
Richard[sic] Stawton } }
Johannes Cassinghurst } }
Mathias Allen -- } }
Matheus Wythers } Jurati }
Robertus Bodger } }
Johannes Staple } }
Henricus Collyns } }
Robertus Starkeye } }
Edmundus Redman } Jurati }
Willelmus Mathew } }
Walterus Bone, senior } }
Johannes Bodger -- } }
Walterus Bone Junio^r } }

Communis Finis
iiij^s solutus
Domino o---

Qui Dicunt super sacramentum suum quod Dant Domino de Communie Fine ad hunc Diem pro
Dulwich pro ut patet in Capite . /

Qui Jurati et Onerati ad inquirendum de et super Diversis Articulis tam pro Domino Rege
quam pro Domino huius Manerij Dicunt super sacramentum suum quod Samuelis Bridges, Robertus
Baxter, Willielmus Lughton[sic, Laughton], et [Dr.] Johannes Nott, sunt Resiantes infra precinctum huius
Manerij et Debent sectam Curie, et modo ad hanc Curiam fecerunt Defaltam, Ideo quolibet --
eorum in misericordia prout patet in eorum Capitibus. /

Imprimis, Juratores presentant quod Edwardus[sic] Redman Comunem Viam pedalem infra -- --
Jurisdictionem huius Curie inclusivit Ducentem per terras predicti Edwardi, a Dulwich Common
versus Dulwiche Cou^{rt} lodge, Et modo ad hanc Curiam Ordinatum est quod predictus Edwardus
(Anglice, shall laye forthe) viam predictam ante septimum Diem Maij proxime sequentem sub
pena o----- xiiij^s iij.^d.

Item, similiter presentant quod Robertus Starkeye non Reparavit Comunem viam pedalem per hordeum[sic, horreum]
suum (Anglice his barne[sic]) infra Jurisdictionem huius Curie nec escuravit stagmen, (Anglice
the Pond) ad nocumentum Cunctorum populorum Domini Regis per viam predictam transeuntium. Et
modo ad hanc Curiam similiter Ordinatum est quod predictus Robertus viam predictam sufficienter
reparabit et scalam agrestem ibidem faciet ut populi Regis facilius per viam predictam
transeant ante septimum Diem Maij proxime sequentem sub pena o----- xx.^s /

Item, similiter presentant quod Johannes Stocke pontes Ducentes trans terras suas versus Greene=
streete non reparavit sed in decasu iacere permisit, Et modo ad hanc Curiam similiter

Ordinatum est quod predictus Johannes reparavit[sic, reparabit] pontes predictas ante Decimum septimum Diem Maij proxime sequentem sub pena o----- 40.^s /

Item, similiter presentant quod Walterus Ethersall non depurgavit scrobes suos a -- magno Ulmo ultra hordeum[sic] suum circa Domum suum Mancionalem ad hordeum[sic] Mathei -- Withers, Et modo Ordinatum est quod predictus Walterus Depurgabit scrobes predictos ante Ultimum Diem Maij proxime sequentem sub pena pro qualibet virga quæ tunc non Depurgatum foret, o----- ij.^s

Item, similiter Ordinatum est quod predictus Walterus faciet novam scalem agrestem ad finem pomarij sui ante Ultimum Diem Maij proxime sequentem sub pena o----- 5.^s /

Item, similiter presentant quod [Samuelis] Bridges non depurgavit scrobes suos : inter terras suas et terras Johannis Cassinghurst modo et forma ut inceptum est apud Howlettes bridge, et modo ordinatum est quod predictus [Samuelis] Bridges Depurgabit scrobes predictos ante Ultimum Diem Maij proxime sequentem sub pena pro qualibet virga quæ tunc non Depurgatum foret o----- ij.^s

Item, similiter presentant quod Walterus Ethersall [Henry?] Collins, Matheus Withers, et Robertus Best cum Carucis et Carriagijs suis ad reparandum Communes altas vias ad Dies per supervisores viarum altiarum constitutas non venerunt. / Ideo ad hanc Curiam Ordinatum est quod predictus Walterus [Henry?] Matheus et Robertus cum Carucis et Carriagijs ad Dies per supervisores viarum predictarum constitutas per venient sub pena – pro quolibet Defectum inde o----- [blank]

[End of L2 [previously M7] (recto). L2 [previously M7] (verso) continues below.]

Roll L2 [previously M7] (verso)

[Wednesday] 26 Apr 1620 (continued)

M7v

Item, similiter presentant quod Danielis Cranwell [blank] Kitchin Vidua , Johannes Underwoode et Ricardus Warde cum laboribus suis ad reparandum Comunes altas vias ad Dies per supervisores viarum altarum constitutos non venerunt . Ideo ad hanc Curiam Ordinatum est quod predictus Danielis [blank] , Johannes, et Ricardus cum laboribus ad Dies per -- supervisores viarum predictarum constitutos per venierant sub pena pro quolibet Defectu inde o----- [blank]

Item, similiter presentant quod Walterus Boone senio^r quia fecit Rescustum infra -- iurisdictionem huius Curie cuiusdam equæ et pullam que captæ fuerunt super terram Willelmi - Allen Armigeri infra iurisdictionem huius Curie vicesimo Die Aprilis Anno Domini 1620 Ideo ipse in misericordia o----- vj^s viij.^d

Item, similiter presentant quod Robertus Best Depurgabit scrobem suum versus -- Ashpooles ende ante Ultimum Diem Maij proxime sequentem sub pena pro qualibet virga que tunc non Depurgatum foret. o----- xij.^d

Item, Ordinatum est quod Walterus Ethersall asportaret Colliculos terre prope Domum eius iacentes in via Communi infra iurisdictionem huius Curie ante Ultimum Diem Maij proxime sequentem sub pena o----- 10.^s /

Item, similiter Ordinatum est [sic, presentant] quod Omnes Inhabitantes de Dulwiche non - -
depurgaverunt Communia stagmina Manerij predicti sed ea sine aqua stare permiserunt
ad nocumentum valitudinis pecoris pro Defectu inde , Et modo similiter Ordinatum
est quod omnes Inhabitantes Manerij predicti Depurgabunt Communia stagmina predicta ante --
primum Diem Novembris proxime sequentem sub pena pro quolibet recusando ita facere o---- 10.^s

Item, similiter presentant quod Theodor^rus Owle et Robertus Wall de Lambethe
sunt Communes pistores et per Diversos vices pistuerunt panem vera plenaque Assisis
Carentem eundemque Diversis personis infra precinctum huius Manerij inter primum Diem
Aprilis et septimum Diem eiusdem Mensis Aprilis ulterius preteriti, Ideo uterque eorum
in misericordia separatim, Theodor Owle o---- 40.^s et Robertus Wall o----- 30.^s /

Afferratur per totum

Homagium

[End of Roll L2 [previously M7].]